

¶ Deus ipse mentes tunc demum lumine suo penetravit: quoniam se ipsas illi quasi tam cecas: atque filētes exposuerūt. i. tum huiusmodi itelligibilia de deo negātes: tum etiā intellectuālē formā suā actionēque consuetā per diuinum amiorē mirabiliter trāscendētes. Sic igitur animus ita demū uera de deo loquitur quando nō loquitur. ¶ Oratio dionysii ad Trinitatē. Dionysius.

Trinitas/essentia/deitate/bonitate superior/divine christianorum sapientiae dux/dirige nos in ipsum super ignotū & p̄fulgēs: excelsumque mysticorū eloqorū culmen. Vbi simplicia & absoluta ir. i. uita: biliarū theologiae mysteria latēt ad operta p̄fulgēte quadā silentii clausura docētis caligine. quae quidē ubi maximae uidet̄ obscura/ibi supra modum lucē profert exuberantē. Illic sane quod tangi uideret̄: nullo modo potest splendoribus plusquam pulchris ad exuberantiam implet omnes quasi captos oculis intellectus.

¶ Bonum est super essentiam/ & intellectum nec attingitur intelligentia/ sed per uitae similitudinem & amorem percipitur unitate. ¶ Marsilius.

¶ Quatuor cognitionis species sunt. scilicet. imaginatio. ratio. intellectus. Imaginatio non semper indiget ad actionē praesentia corporis/ qua necessario sensus eget. Verū tamen corporeas quasdam in agēdo cōditiones sequit̄. Actionēque mobilem habet atque multiplicē. Ratio nō sequitur cōditiones particularēs corporis. Sed iā ad absoluta se cōfert. Mobilis tamen est/ & necessario multiplex. Intellectus denique motū iā deposuit. Diuiduā uero multiplicatē. minime. Nam & necessitate ordinis eam retinet/ & usu declarat/ siue definiat seu diuidat siue cōponat. ¶ Quod igitur principium uniuersi sit super sensum/ imaginationem/ rōnem. nemo aliquando philosophus dubitauit. Siquidē incorporeū est p̄nitens/ & immobile. Esse uero/ & intellectu intelligibilique superius Platonici una cū Dionysio p̄bant. Quippe cū principium quidē sit ipsa simplicitas infinita. Intellectus autē agēdo per multiplicē & diuiduā actionē ad obiectum intelligibile dirigat̄ necessario multiplex. Quod & p̄portione quandā cū intelligentia lubeat. ¶ Proinde cū ipsum intelligibile ipsi enti sit equale uel forte latius atque p̄stantius/ sequitur principium rerū dum excedit intelligibile/ ens item multo magis excedere. Quod autē intelligibile ens exsuperet inde patet/ quia & quae sunt/ & quae non sunt intelligimus. Et esse pariter atque non esse. Et aliquid entē/ & essentia/ & ipso esse perfectius. Hinc ergo concludimus principium uniuersi/ quod propter inestimabilem simplicitatē eminentiamque ipsum unum cognominamus excelsius ente putandū: praesertim quia ens quare ratione ens est multiplicatē diuisionēque non necessario refugit: sed uel praesentem substi-

net u
fat. ¶
tate
quali
possi
igitur
ralis i
stanti
br's a
feren
rio. P
uero i
riter &
supre
qui sa
prop
scilicet
conie
tur ad
quam
amor
ducit
Hinc
dum
taeq;
men
quon
Quae
onem
uerita
¶ T
genti
h
Atq;